

episcopo diversum indicat in sexto ac decimo tertio capite libri primi et in fine libri secundi. Proinde in argumen-  
to quod libro primo a scriptore praesigitur, quando miracula haec dicuntur *mandata quoque notitia fidelium*  
*ab Evodio in Ecclesia Uzali*; his verbis non anchor scriptorque operis, sed suus et approbator qui scribi legi-  
que jusserit, Evodius significatur. Nescimus autem an opus istud habuerit prae oculis Augustinus, quando de-  
scriptum hic in libri primi fine miraculum narratur in Sermone 323, n. 3, dicebat: *Apud Uzalim, ubi est*  
*episcopus frater meus Evodius, quanta miracula ibi sunt querite, et invenietis. Prætermis autem aliis, indicu vu-*  
*bis unum quod ibi factum est, ut videatis quanta sit ibi presentia majestatis.*

## DE MIRACULIS SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS

*Libri duo.*

### LIBER PRIMUS.

Textus divinorum operum, que ostensa sunt per beati protomartyris Stephani venerabile meritum, mandata quoque noti-  
tiae fidelium ab Evodio in Ecclesia Uzali, cuius urbis pontificatum administrabat sacerdos dignissimus; Aurelio tunc tempo-  
ris Augustino apud Hipponeum dominice rationis dispensatore constituto.



#### PROLOGUS.

Quoniam sanctus Raphael angelus nos adhortari dignatur, ut opera Dei non tam in abscondito collo-  
census, quam potius pro Dei gloria in aperto pandamus, monens et dicens, *Sacramentum regis bonum est*  
*ab accendere, opera autem Dei revelare et confiteri hono-*  
*rificum est* (Tob. xii, 7); quia sicut cognitis fidem non  
adhibere inuidelitatis est, ita invidientia est in ædificatione  
aliorum nelle cognita predicare: propterea,  
beatissime papa Evodi, iussis Paternitatis tue studiose  
obtemperare curavi, non tam fuis viribus meis, quam  
adjuvatus gratia Dei et sanctis orationibus tuis; ut ea  
qua per patronum nostrum Stephanum primum martyrem  
suum operatus est apud nos Christus, et adhuc  
operari dignatur, non malivolo taciturnitate suppressum  
quo cæteri fraudarentur; sed magis pia devotione  
marrare, quo Amici Dei gloria fraternis auribus inti-  
metur: nec ingenio et lingua aliqua quasi exaggerare  
prævalentes; sed ipsarum rerum veritatem, prout  
Deus donaverit, fideliter explicare cupientes, ut ipsa  
nostra narratio non tam verborum pompam andeat  
quarare, sed potius mendaciorum fucum studeat  
declinare; ita ut ubique res postulaverit, ipsorum  
quoque hominum verba, sicut ab eis dicta sunt, sim-  
pliciter ponere non debeamus erubescere. Magis enim  
placent bonis ac religiosis quæcumque dicuntur vera,  
etiam vitiis verbis, quam falsa politis et ornatis  
verbis. Sane non ob hoc nos quispiam arbitretur vo-  
luisse ista narrare, quasi aliquid nos gloriam beato  
Martyri videamus præstare: quandoquidem illi nec  
tacendo demere, nec loquendo quidquam possumus  
conferre. Ipsa quippe virtutum miracula nullo huma-  
nae linguae præconio indigent; jam ubique personan-  
tem exserunt tubam: sed tantum nostram devotionem  
ad fratrum ædificationem pro recipienda  
obedientiae mercede cum humilitate volumus demon-  
strare, metuentes quoque quod ab ipso Domino legi-  
mus terribiliter dictum esse. *Si vos facebitis, lapides clamabunt* (Luc. xix, 40). Quæso autem vos omnes,  
quotquot haec audire vel legere pie ac religiose vo-  
lueritis, ut hujus peccatoris ultimi, qui hoc in nomine  
Domini scripti, semper in sanctis orationibus vestris  
meminisse dignemini: et si quid a nobis rusticiter  
profertur, non indignemini; sed tantum, quia veraci-  
ter dicitur, delectemini.

#### CAPUT PRIMUM. — *De ampulla sanguinis famulae Dei per somnum ostensa.*

Cum igitur adhuc nullus saltem rumor esse potui-

set, quo ad nos indignos Domini sancti Stephani, in  
martyrio primi confessoris Christi, reliquie venturæ  
essent (non enim hoc fieri posse aut in cogitatione  
habebamus, aut suspicari poteramus): ecce ex antie-  
riori tempore coepit idem gloriosus quibusdam apud  
nos sanctis animis se ipsi revelare. Nam cum quo-  
dam loco vel die sermo supradictarum reliquiarum ab  
his servis Dei fieret, qui easdem sibimet de Orientis  
partibus missas nobis nescientibus habebant, adfuit in  
sermone quædam etiam mulier, sacra famula Dei:  
quæ ubi hoc audivit, ut evenire assolet, non facile  
credidit, et apud semetipsam tacite dicere coepit: *Et*  
*quis scit si vere martyrum sunt reliquias?* Statim au-  
tem sequenti nocte per somnum ampulla quædam  
eiden demonstratur intra se habens sanguinis quam-  
dam aspersiōnem et aristarum quasi ossium significa-  
tionem: quam presbyter quidam manu tenens ger-  
mano ejus monacho illa presente locutus est dicens:  
*Vis scire quomodo martyr probentur reliquias?*  
Quo dicto ampullam ejus ori injectit, et mox flamma  
ignis per aures ejus atque oculos evomi coepit. Hoc  
quomodo res ipsa manifestata sit dignanter accipite.  
Ampullam sicut oculis suis vidit ancilla Dei in somni  
revelatione, sic inter manus suas accepit postea sacer-  
dos Dei in ipsius rei manifestatione; et quod illa  
quædam dubitationem prius in se habuit, eamdem  
nunc in quibusdam res ipsa declaravit. Quod deinde  
ignis per ampullam aures atque oculos comprehendit,  
quid aliud tunc præsignavit, nisi quod prædicatio san-  
ctarum reliquiarum pervenientis ad os monachorum,  
unum corpus Ecclesiae per auditum atque visum clari-  
tatis Dei igne succedit, ut omnes merito dicere.  
*Sicut audivimus, ita et vidimus* (Psal. xlvi, 9)? Nec  
quod ille presbyter apparuit, qui ad os monachi am-  
pullam applicuit, qua ignem emisit, inane fuit. Is  
enim erat qui nuper ex Oriente rediens, et de sanctis  
reliquiis quas illic viderat, in ore servorum Dei ver-  
bum ponens, quasi ampullam admovit, et sancto igne  
succedit. Sed jam vellem ad evidenter et manife-  
stiota patroni Stephani transire miracula, nisi ad  
rem pertinere existimarem, alteram adhuc Sanctitati  
vestre proferre visionem. Quam peto ut patienter, et  
sicut arbitror, non infructuose, audire dignemini.

#### CAPUT II. — *Ubi virginis sanctus Stephanus appa- ruit.*

Alia autem virgo sacra ad locum antiquorum mar-

<sup>1</sup> Sic Floriacensis Ms. At editi, *et mox flamma sanguinis.*

*tynum in suburbio civitatis constitutorum, qui Felix et Gennadius nuncupantur, videbatur sibi iter facere per somnium, non ea via qua de civitate compendio pergi assolet, sed aliquantulum devia et flexuosa. Per hanc videt advenire innumeros populos gaudentes sane atque psallentes, et cereos et luminaria cum grandi celebritate gestantes, et quasi quemdam candidatum parvulum comitantes, eique iteratis vocibus inlamentantes: Confessor Christi, confessor Christi. Quem cum ad ecclesiam perduxisse, atque supra pulpitum elevasset, videt eumdem parvulum subito manus extendisse, et ore proximo populis dixisse: Ecce habetis martyrem. Mirabile dictu est, quanta hujus quoque visionis veritas consecuta est: nec immerito olim per prophetam divinam voce praedictum est: Ecce dies venient, dicit Dominus, et dabo de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae, et juvenes visiones videbunt, et senes somnia somniabunt: et super servos meos et ancillas meas effundam de Spiritu meo: et dabo signa in celo sursum et in terra deorsum (Joel ii, 28-30). Unde etiam stella ad locum supradictorum martyrum, ab his qui tunc in agro fuerunt, oecurrisse refertur. Nam si placet, secundae visionis fructum incipiannus ostendere. Igitur post quadraginta ferme dies ex qua ista revelata sunt, in loco memoratorium martyrum nostrorum, quo illa pergentem se viderat, susceptis ibi reliquiis, atque sacramentis fidelium celebratis, exinde cantantes atque psallentes cum iminente multitudinis choris ad civitatem regredi corporibus, per illam vero viam quo puerle monstrata est, portabantur sancti episcopi gremio residentis vehiculo sancte reliquie, velut ille parvulus candidatus qui ab illa fuerat visus. In sui quippe corporis portione parvulus ille cognoscitur confessor Christi. Dubitas an martyr parvulus sit? nonne propter innocentiam infantius, propter humilitatem puillus est? Ipse denique hymnus qui ore universi populi cantabatur, id est *Benedictus qui venit in nomine Domini* (Psal. cxvn, 26), quid aliud, dum repetita voce cantaretur, significasse intelligitur, nisi quod illa audiente dicebatur, Confessor Christi, confessor Christi? Jam vero sicut ostensum erat puer, ita cereis luminibusque fulgebant. Eamdem quoque, quam illa per visionem viderat, nos etiam intravimus ecclesiam. Unum aliquid ultimum de omni visione jam restat, quod puer confessorem illum in pulpitum levatum esse conspexerat, et extensis manibus dicentem populis audierat. Ecce habetis martyrem. Hoc quoque qualiter impletum sit divina procuratio ad tempus dignissimi accipere. Eodem namque die in quo ingressus sunt ecclesiam beati Stephani reliquie, in ipso principio canoniarum lectionum, epistola ad nos quoque delata enjusdam sancti episcopi, Severi nomine, Minoricensis insulae, de pulpite in aures Ecclesie cum ingenti favore recitata est: quae continebat gloriiosi Stephani virtutes, quas in insula memorata per presentiam reliquiarum suarum in salutem omnium illic credentium perfecerat Iudeorum. Unde ex hac recitatione talium factorum suorum tanquam extensione manuum suarum acclamantibus et exultantibus fidibus ipse dicere videretur. Ecce habetis martyrem. Verum haec dicta sunt, ut conimendare fratribus aliquo modo possemus, quam non utcumque et temere, sed divina dignatione ad nos quantumlibet homines peccatores, sancti Stephani reliquiae videbantur pervenisse.*

### CAPUT III. — *De muliere caeca, qua pallam cum reliquis contigit, et visum recepit.*

Nunc ergo, sicut promisimus, ad notiora miracula veniamus. Cum igitur ejusdem diei vespere in loco absidae super cathedram velatam essent reliquie constitutae, inulier quedam nomine Hilara, oculis capia, civibus nota panaria, excitata tantæ gloriae Martyris fidei, et nulla incredulitatib; fluctuans dubitatione (Qui enim hésitat, inquit apostolus Jacobus, aestimabitur tempestati maris, quæ a vento moveatur et circumfertur

[*Jacobi, i 6]*): hæc itaque in fide roborata, et in spe percipiendi luminis confirmata, ac divina gratia amore inflamata, ad locum ubi erant reliquie, quo ipsa per se impedientibus carnis oculis corpore appropinquare non poterat, sed lucentibus oculis cordis spiritu iam pervenerat; rogavit quandam feminam religiosam, ut sibi manum daret, et se illuc duceret, unde lucem se receptaram esse consideret. Quæ cum alienæ manus auxilio deducta fuisset, pallam super reliquias positam manu errabunda comprehendit, statimque suis urisque luminibus applicavit; atque exinde nondum quidem corpore illuminata, sed iam luce fidei irradiata discessit. Nam gloriiosi Martyris nomen nunc ore, nunc corde precando, etiam Christum Dominum non retinebat. Quæ cum dominum suum fuisset reducta, intra ipsos quoque domesticos parientes ad evincendas exercitatis tenebras, quasi adversus Amalec hostem Jesu<sup>1</sup>, continuata oratione pugnabat (*Exod. xvii*). Parum aliquid noctis transierat, cum ecce mulier, ostii sui limen egressa, paulatim cœpit lumen recipere, ita ut parientes contra positos asperceret, et silices plateæ visu discerneret. Statimque solum suum appellavit, atque his verbis alloqui cœpit: Fili, nonne isti parientes de domo infantis villici (v) sunt? Ecce et silices de platea. Et dixit ei filius suus: Utquid mentiris? putans quod illa tentando id diceret, non videndo. Iterum levans oculos ad cœlum: Ecce video, inquit, et lunam super theatrum adhuc dimidiām. Dixitque ei filius suis: Quare te faciebas non videre? quasi nunquam autem mater eius circa fuisse, sed potius cœcitatem linxisset<sup>2</sup>. Nec mirum si animalis homo nondum perciperet quæ sunt Spiritus Dei (*I Cor. ii, 14*), ignorans quod olim praedictum esset: Tunc aperientur oculi cœcorum (*Isai. xxxv, 5*). Verum illa non simulata pristina cœxitatis, ut filius putabat; sed conscientia perceptæ nova lucis, ut veritas habebat. Amico Christi gratias agebat: quoniam non frustra Deo cantaverat, Tu illuminabis lucernam meam, Domine, Deus meus, illuminabis tenebras meas (*Psal. xv, 52*); et, Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis (*Psal. lxxv, 5*): quæ sic de montibus æternis exaudita sit et illuminata. Altera die mane ad ecclesiæ sola, nullo alio coniante, sed proprio lumine deducente, perrexit, laudes Dei et Amici Dei non abscondit, quid in se mirabiliter gestum fuisset, congratulantibus et admirantibus fidibus enarravit. Illoc ergo primum notum est apud nos in adventu sanctarum reliquiarum.

### CAPUT IV. — *De homine qui cadens pedem fregerat, et salvus factus est; et de multis qui a variis morbis curati sunt.*

Per ideam tempus quidam civitatis tonsor, qui Concordins vocabatur, pedem cadendo fregerat. Is diu lecto decumbens, variis doloribus cruciabatur. Cum hinc eum paupertatis cogitatio, inde parvolorum filiorum sollicitudo in tanto casus sui morore positum maceraret, ecce quadam nocte, ipso quidem dormiente, sed non illo dormitante neque obdormiente qui custodit Israel (*Psal. cxx, 4*), qui pusillum et magnum fecit, et æqualiter est illi cura pro omnibus (*Sap. vi, 8*), videt per somnium perductum se in ar-

<sup>1</sup> Editi, *adjuvante Jesu. Abest, adjuvante, a Floriacensi Ms.*

<sup>2</sup> Hic post, finisset, aliisque passim locis, lacunas explamus juvante Floriacensi Ms.

(a) Floriacensis Ms., vilici. — Addit hic editio CG.: • Nomen proprium hoc loco esse videtur: uisi præcedens • vocabulum, *infantis*, pro tali malis accipere, cui subjic- • citur villæ manus, quod homo ille gesserit. Alterum si • præfers, *infans* dictum erit, pro *pueri*. Observat enim • (referente Cangio in Glossario media latinitatis) Baroous • ad annum 303, n. 38, apud Afros præsentim *infantes* • dictos esse pueros quoque, ex Victore Uicensi, de Per- •secutione Vandalarum, lib. 3, pag. 45, ubi « Lectores in- • fantulos » exilio traditos esse scribit. Atque reputandum • est anum hæc loqui, quæ vel adultiorum appellare po- • terat puerum, » M.

duum quendam et angustum enjusdam montis ascensum, unde nulla sibi esset facultas remeandi, nullus exitus evadendi. Ex quo quid aliud demonstrabatur, quam ut sciret atque intelligeret in angustiis pressurorum suarum non humanum, sed solius Dei deberi querere auxilium? Namque apparuisse sibi ait quendam reverendi visus feminam, quae sibi sic afflicto et dolorum anaritudine replete, speciem fici traderet, per cuius dulcedinis significationem spiritualis gratiae perciperet suavitatem. Unde etiam fiduciam impenetrandi accipiens precibus insistebat, et sanitatem ab ea petebat. At illa, quae typum procul dubio gestabat Ecclesie, Modo, inquit, accede ad sanctum Stephanum, et faciet te sanum. Quod dictum facti fides est subsecuta. Nam cum illa discederet, et ipse post eam relinqui se dolens diceret, Domini me, et ducis te? ecce videt illum, sicut illi promiserat, ad sanctum Stephanum accedentem et pro se rogantem ac dicentem his verbis: Rogo te per sanitatem tuam, cura illum; miserere illi<sup>1</sup>, miserere filiorum ejus, libera hominem innocentem de tribulatione. Tunc illum qui regabatur vidi ad se atque ad cubiculum in quo jacebat, ingredientem amictum veste candida, specie decora. Quem mox ut agnoverit, ut agrotus medicum, egenus copiosum, supplex patronum, his verbis cum lacrymis rogabat dicens: Chare Christi amice, cura me, libera me de tribulatione, miserere mihi, miserere filii meis. Vix preceptor verba finierat, et jam precum exauditor precibus respondebat, dicens: Surge, salvus factus es. At ille statim in sermone jubantis, tanquam qui obdormiens corpore, sed vigilans spiritu audisset, continuo de lecto exsilivit, et ante lectum suum firmis gressibus incendere coepit, ac sic verbum illud prophetiae implevit, *Et claudus saliet sicut cervus (Isai. xxxv, 6)*. Deinde mane surgit, votaque sua Martyribus, ubi eadem reliquia suscepta sunt, reddere properavit. Quo propter itineris longitudinem baculo adhuc innendum esse putavit. Ubi postquam diu oravit, cereos accedit, baculum dereliquit, atque exinde filium parvulum collo sustinens repedavit: in ecclesiam venit, et gloriam Dei atque Amici Dei sanitatis attestatione praedicavit. Post hac reliquias in ecclesia cum ingenti celebitate collocatis, tanquam proposita statione medicinæ (unde cantavimus, *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui [Psal. xlvi, 10]*), quanti ex illo die multitudinis undique concursus fieri cœpere, quanta beneficia fuerint collata, et quotidie conferantur, quanta miracula demonstrata, quot execi illuminati paralyticæ sanati, quanti variis morbis passionibusque curati, sed et mortui suscitati, longum est nobis et pene impossibile universa vel memoria retinere, vel scrinone digerere, vel stilo mandare; cum unumquodque miraculum sui generis quendam historian habere noscatur. De quibus tamen omnibus, quae neque explicare possumus, neque penitus reticere debemus, pueriora quaque et notiora eligimus, ut neque fastidientium aures inundemus, neque diligentium studia defraudemus.

CAPUT V. — *De muliere quae pro marito suo sanctum Stephanum invocavit, et exaudita est.*

Igitur Memplonitani loci<sup>2</sup> mulier quendam diu peregrinantis mariti nec de morte certa, nec de vita secura, cum triennii ferme tempus emensem esset, quo illa diversis opinionibus de conjugi exagitata in anicipiti et dubio vita sine statu fuisse collocata, fluctuabat ex incerto pendens muliebris animus, et in quod se latuus agra projiceret ignorabat, dum hinc nuptiæ suaderentur, pauperias proponeretur, sollicitudo ingereretur, fragilitas carnis insidiaretur; rursum ex alia parte castitas, maritus, fama, religio ante oculos ponerentur: tandem inter hujuscemodi sibimet repugnantium cogitationum aestus, potentis-

<sup>1</sup> Editio Lov. omittit, *miserere illi*. M.

<sup>2</sup> Ita Floriacensis manuscriptus. Alii editi, *Igitur in memplonitana loci*, etc. vide infra, lib. 2, cap. 4, u. 2.

simi advocati Stephani implorare debere patrocinia, nou sine divina providentia est a quibusdam in tigata atque cohortata. Nam ad eum Memoriam supplex advolavit, ibique se cum lacrymis stravit. Et dum orat, audire meruit, Maritos tuus venit. Propere illa domum rediit, et maritum incolumenti invenit. Ita et conjugi castitas custodita, et Amico Dei quanta fuerit animæ periclitantis cura, cognitum factum est in Dei mirabili gratia.

CAPUT VI. — *De homine quem collapsa domus oppresserat, cujus conjugé orante sanctum Stephanum, vivus inventus est.*

Per idem tempus, in nostra civitate quendam domus ruina collapsa hominem oppresserat, cui nomen Davitus est. Cujus exinde erutum corpus et ad viciniam domum translatum, funeris obsequio plangebatur. Proinde jugalis ejusdem, mariti sui tanto lucu perculta, ad Memoriam glorioosi Stephani pro vita mariti cum lacrymis se prostrata perrexit. Ibidem dum illa aliquandiu ad aures Amici Dei sibi pulsaret, precibus insistet, ecce repente in conspectu plangentium funeri circumstantium et nomen venerandi Martyris invocantium, vir ejus in quo jacebat loco, aperie oculos, et corpus movere, videntibus et mirantibus omnibus qui aderant, cœpit: ac deinde post aliquantum ejusdem diei spatium emensem ad vivos rediens, et in se residens, ad illum cuius domus erat, dixit: Beatus es, frater, quoniam hodie angelus Dei domum tuam intravit. Et narrare cœpit qua anima sue revelata fuissent. Dixit enim multitudo mortuorum se fuisse circumdatum, quorum alias agnoverisset, alios ignorasset. Deinde quodam ingresso juvene, candida veste nitente, habitum diaconi præferente, et pietatis imperio jubente ac dicente illis mortuis, Recedite; statim illas mortuorum turbas non compaurisse. Tum illum ad se accessisse, ac sibi dixisse, Redde quod accepisti. Et se non intelligente, iterum illum repetisse, Redde quod accepisti. Sed et tertio ut reddideret similiter imperatur sibi ab eo fuisse, sequere respondisse, Num Symbolum jubes ut reddam? Et illo dicente, Redde; se ex ordine Symbolum reddidisse, et adiecisse, Si jubes, et Orationem dominicam reddo: atque illo annuente reddidit. Tunc ille signo salutari cor jacentis signavil, eique dixit: Surge jam salvus. Et surgens, sicut dictum est, salvus effecitus est.

CAPUT VII. — *Ubi prohibuit sanctus episcopum, ne reliquias suas transferre presumeret.*

Eodem tempore venerabilis episcopus noster de ejusdem sancti reliquijs aliquam partem disposuerat in Promontoriensi ecclesia collocare: dies etiam quo id fieret statutus erat. Ecce ante diem sere tertium quidam Ecclesie nostræ presbyteri duo, quorum unus maturioris ætatis, Zumurus nomine, admonet, quod ipse postmodum retulit, ut ad episcopum mane pergeret, eique diceret, ne perficeret quod de parte reliquiarum facere disposuisset. Quod cum memoratus presbyter negligenter habuisset, nec ad episcopum pertulisset, secunda vice et graviter arguitur, et alapa illisa in faciem verberatur. Alium autem presbyterum, Donatum nomine, retulisse quod in ipso loco Memoriae eundem episcopum nostrum viderit sibimet e diverso astantem, et sacramenta nivei candoris in palla manibus et collo gestantem. Quem protinus appellans, constanter dixit: Pone hic quod portas. Cumque ab alio in sinistra episcopi stante presbytero sibimet diceretur, Et quis alius portabit? ipse respondit, Quid ad te, modo hic quod ab episcopo portatur, loco suo reponatur? Quod sicut revelatum est, ita post diem tertium impletum est. Namque cum jam precedente die vehiculum pararetur, ut cum parte reliquiarum episcopus profisciretur, repente hujusce rei fama per civitatem divulgata, immensa ad ecclesiam multitudine confluxit. Tumultus et clamor magnus fieri co-

<sup>3</sup> Codex Floriacensis, Zurus.

pit, zelus fidei et amor Amici Dei omnes accendit. Circumdatum episcopus stipantibus turbis, rogatur, et teutetur, nec ante dimittitur, quam sacramento etiam interposito nibil se reliquiarum de civitate ablaturum esse polliceretur: quo ita demum illa populi pro zelo fidei tempestas placaretur, simulque reliquias in unum congregarentur, in eodem Memoriae loco, ubi jam pars fuerat reliquiarum primitus collocata, ibi et alia pars similiter reponeretur. Donatus presbyter per somnium sacramenta portantem episcopum, hoc est sacratarum reliquiarum portionem gestantem, compellere, sicut dictum est, videbatur, ut in loco suo reponeretur quod ab eodem reportabatur. Ideo factum credo, ne ullus divisionis locus daretur, maxime quia in Ecclesia hoc agebatur, quae primitus a Donatistarum divisione usurpata, postea usque in hodiernum unitati Catholicæ est restituta. Unde etiam vocabulum sumpsit, ut ecclesia Restituta appellari mœruerit.

#### CAPUT VIII. — *De cæco qui capsellam reliquiarum tetigit, et visum recepit.*

Sane endem quo hæc agebantur die, cum pars ipsa reliquiarum de monasterii habitaculo prolata cum ingenti celebratissima exultatione et hymnorum chorus resonantibus dulci modulatione manibus sacerdotis ad ecclesiam portaretur; ecce quidam cæcus apprehendens capsellam argenteam, in qua erat reliquiarum portio memorata, corporis fortissima lide regno celorum vim facere. Et qui qui vim faciunt, diripiunt illud (*Matth. xi, 12*), continuo lumen recepit. Unde universæ Ecclesiæ suæ Christus non modicum gaudium conculavit.

#### CAPUT IX. — *De duabus catenatis per gloriosum Stephanum liberatis.*

Item cum quidam in custodia publica catenarum nexibus vinceti districtus haberentur, eorum unus cruciatus penæ ac dolore compunctus, sanctum Stephanum Christi charum in auxilium invocabat. Ecce vero inter lacrymas vocesque ejulantis, subito de manibus ejus corruebat catena. Quo facto, cum prepósito custodie solitus ultra se ipsum ingressisset, et rem tanti miraculi confessus fuisse, non est ausus custos rursum ei vincula injicere, sed plane ex hoc quasi cautior et sollicitior effectus alium pariter vinculum arcuus fortiusque constrinxit: quasi divina potestate possit esse quidquam insolubile, ignorans quia sermo Dei non est aligatus (*Il Tim. ii, 9*). Verum cum ille simili vinculorum asperitate compulsus ad eumdem tanti miraculi auctorem talibus, sicut socii ejus, vocibus et flentibus supplicheret exclamaret, ipse quoque exaudiiri meruit, et similiter catenis resolutis opera Dei confitendo narravit.

#### CAPUT X. — *De reo soluto, et per meritum sancti Stephani sanato.*

Alio item vinceto cum in thermis publicis vapore calor catenarum vulnera intuinescerent, et gravissimum dolorem eidem concitarent, adfuit fides, ut Amici Dei opem imploraret. Qui cum ad piscinalem egressus esset, subito etiam ipsi catenæ cediderunt, et omnes quotquot viderunt, Christum atque ejus primum confessorem Stephanum magnificare coeperrunt.

#### CAPUT XI. — *Ubi paralyticus meruit sanitatem.*

Paralyticus territorii Hipponeensis Zaritorum<sup>1</sup>, vocabulo Restitutus, faber ferrarius, per plurimum tempus lecto decumbens, non pedibus poterat incedere, non linguam in verba resolvere: tandem beati Stephani ad se fama perlata, parentes proprios nulu quo poterat hortabatur, ut ad Memoriam gloriost Mar-

tyris portaretur. Quo facto, dum ilidem hiemis multo tempore in tanta frigoris asperitate super pavimentum tessellæ jaceret in oratione (quod utique contrarium bujusmodi infirmitatibus esse solet), fere vigesima die per somnum noctu apparuisse sibimet indicavit quendam juvenili forma prædictum, speciosa etiam veste et habitu decorum, seque tunc ab illo accersitum, sibi esse jussum ut ad locum Memoriae suis pedibus accederet: et ex illo cœpisse paulatim gressum et linguam ad propria officia aliquantulum revocare. Cumque quartus mensis fuisse emensus, eo quod<sup>2</sup> nondum adhuc plenam receperat sanitatem, cogitare cœpit ad propria remeare; seque tunc admonitione fuisse ait sibi dictum esse, ne sustinare vellet, sed adhuc quatuor menses expectare deberet, quo tunc domum suam propriis pedibus repedaret. Quod omnino sicut promissum est, ita die et tempore denuntiato adimplatum est. Nam sicut et nostra conscientia testis est, et ipse in gloriam Dei confessus est, et pedibus suis ad propria remeavit, et ore proprio verba distinctius pronuntiare cœpit.

#### CAPUT XII. — *Ubi quidam paralyticus linguæ et pedum liberatus est.*

Quidam de civitate Uticensi paralyticus pedibus et lingua implicatus lecto detinebatur. Cujus mater ad sancti Stephani Memoriam fide firmissima convenerat, secunquam postquam filii sui causam optimo advocate commisit, exinde aliiquid pulveris pro sanctificatione alstulit, et revertentes donum filio jacenti adhibuit. Ex quo mox ille sanitatis beneficium sentiens, de lecto surrexit, et non solum pedibus suis ambulare cœpit, sed etiam per duodecim milia passuum proprio gressu ad beati Martyris Memoriam pervenit, gratias in corde suo agens de pedum sanitate percepta, sed adhuc preces fundens de propria lingua solvenda. Proinde exiens sibi manicom tunicae sua, eo quod orarium non haberet, per fenestram<sup>3</sup> Memoria ad interiora loci sanctuarum reliquiarum manu injecta mittebat, atque inde rursum dexteram reducens ori suo admovebat, et linguam contingendo paulatim nodos loquendi gratia fidei resolvebat. Hoc enim scipius faciendo, tanquam salutares cibos de coelesti assumens cellario, agrotanti suo adhibuit membro: unde arentem linguam refecit, et loquendi officium adjutus Dei gratia idoneum recepit: ac sic in utrisque illa suppleta est prophetia, per quam olim dictum est, *Et plana<sup>4</sup> erit lingua mortuorum* (*Ioseph. xxxv, 6*).

#### CAPUT XIII. — *Ubi cæcus Pisitanus lumen recepit oculorum.*

Cæcus etiam quidam Pisitanæ civitatis, cui vocabulum est Donatianus, ad stationem potentissimi medici Stephani advenit. Ibi denique pulsans fidei pietate, die octavo, tanquam dominice resurrectionis sacramento, quæ facta est a die quidem passionis tertio, sed in dierum numero post sabbatum octavo, eo die, ut dixi, per fidem lumen oculorum recepit, quando lucem mentium<sup>5</sup> universus mundus per Domini Resurrectionem exceptit. Qui cum vota sua cuncti eius sancto Martyri reddere, argenteam offerret pro sua devotione candelam (nec inumerito candelam offerebat, qui lumen receperat); is accersitus a venerabilis episcopo, atque interrogatus ut ei diceret quid sibi praestitum esset, quare illud donum offerret, astante universa Ecclesia, etiam ore confessus est, quod et corde et corpore, spirituali archiatro curante, illuminatus redditus est.

<sup>1</sup> Floriacensis Ms., finisset exemplius, ex quo, etc.

<sup>2</sup> Idem Ms., per fenestram.

<sup>3</sup> Sic Floriacensis Ms. At editi, plena.

<sup>4</sup> Sic Floriacensis Ms. Editi vero, quando lucem gentiam.

<sup>1</sup> In ante editis deest, *Zaritorum*; pro quo forte melius, *Hipponeum*. Restituitur hic sicuti scriptum est in Floriacensi codice, in quo postea, loco, *Restitutus*, habetur, *Restitutus*.

**CAPUT XIV.** — *Ubi cuidam sanctus Stephanus apparuit, qui audierat filium suum a latronibus interfectum.*

Ubi lanius<sup>1</sup> nostræ civitatis nomine Rusticanus<sup>2</sup>, filium suum cum alio homine suo porcos mercatum, connumeratis solidis, miserat fere ad ducenta millia passuum: cumque complures transacti essent dies, neque illi adhuc reversi fuissent, a quodam amico suo argui et increpari coepit, eo quod filium suum et hominem suum in tam longinquam regionem mittere voluisse, quos iam a latronibus occisos se dixit audisse. Quo auditio, ille quasi tuiseribili luctu percusus dominum flens lugensque regressus est. Lacrymis profuso tota pastus est dic. Interea cum sic nox eum oppressum mororis tenebris invenisset, ecce per somnum videt sibi apparere quemdam decorum juvenem, cuiusdam honorari<sup>3</sup> et primarii civitatis viri nomine Uzalensis vultum habitumque preferentem, eumque hilari facie sibi dixisse: Quid ploras? Respondisse autem se, ut ipius utar simplicibus verbis<sup>4</sup>: Domine meus, per bonitatem tuam ideo ploro, quia audiui quod homo meus et filius meus occisi sunt. At ille consolans eum ait illi: Non sunt occisi. Tamen qui sum ego, ait ille respondit: Dominus meus Uzalensis. Bene: ait ipse<sup>5</sup>, dixisti, quia Uzalensis sum, sed non sum ipse quem putas: ego enim sum Stephanus. Sene unde tristis es de filio tuo et homine tuo, scias quod jam hic habent redeentes faciem. Nam dedisti illis solidos viginti quinque, insuper autem accepserunt creditam pecuniam prope viginti milia folles, et adducunt secum porcos numero quadraginta quatuor, omnes electos. Venient autem die Romanorum civitatis, hora prima. Haec itaque omnia sicut per somnum revelata sunt, ita postea re ipsa completa sunt. Nainque et homines incolumes reversi sunt, et porci tot numero adducti, et summa pecunia creditæ eadem inventa, et dies horaque adventus illorum predicta sine ullo prorsus errore est consecuta.

<sup>1</sup> Sic jux'a Lovaniensem editionem. In B., *Uzalensis*. Melior procul dubio lectio Lov., que si non omnia liquidam, qualemcumque tamen sensum profert, dum lectio Benedictina nullo modo potest intelligi. M.

<sup>2</sup> Floriacensis Ms., *Rusticianus*.

<sup>3</sup> Ha Floriacensis manuscriptus. Editi vero, *Honorii*.

<sup>4</sup> Floriacensis Ms., *Respondisse autem se supplicibus verbis*.

<sup>5</sup> Editio Lov., *ille*.

**CAPUT XV.** — *De parvulo qui catechumenus mortuus est, et meritis sancti Stephanus matri vivus restitutus est.*

1. Cojusdam mulieris filius parvulus mortuus catechumenus erat. Qui matris portatus manibus cum ingenti ejulata et miserabilis vociferatione ante ipsam Memoriam gloriosi Stephani fuit projectus, tradente illa mortuum, ut ab eo recuperet vivum. Cumque ad aures Amici Dei pulsaret fide pietatis, percussa duplice luctu orbitatis, quod et in praesenti vita filium perdidisset, et in futura, utpote sine gratia Baptismi, salvum habere non posset, ecce inter diu lamentantis et vociferantis dolorem et clamorem misere matris, repente parvulo spiritus redditur, vita tribuitur, vox viventi conceditur. Continuo presbyter accersitur, Baptismus parvulo traditur, sacramenta complentur, atque ita a peccatorum letali catena anima liberata, statim etiam mortalis carnis vinculo exiuit, et ad Dei spirituales amplexus summa celeritate liberata dimittitur. Ita et matri non modica consolatione concessa gaudente reditio filio datur<sup>1</sup>, et parvulo salus vera conceditur. Qui profecto ob hoc ad modicam vitam recepit, ne in aeternum moreretur; ob hoc ad tempus mori meruit, ut via perpetua frueretur (a).

2. Haec interim de multis et pene infinitis miraculis pauciora decerpimus, ne in praesenti auditoribus propter festivitatem Martyris de longinquò advenientibus forsitan oneri esse possemus. Ceterum quod nobis difficillimum est, si omnia recordari ac recensere, ut superius dictum est, vellemus, librum prolixum faceremus. Ipsas enim notissimas clarissimasque virtutes ad prædicationem sui sibimet sufficere existimamus, que non indigent humanae linguae facultate, quoniam prævalent divinitatæ potentiae perspicua veritate. Verumtamen devotionem nostram ad ædificationem fratrum in nomine Christi ex aliqua parte exhibere voluiimus, ut paternæ obedientia mercedem orationibus vestris recipere et gloriosi Stephanii, primi testis Christi, benedictionem favente divina misericordia possimus impetrare: per Christum Dominum nostrum, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>1</sup> Sic Floriacensis Ms. At editi, *de redemptio filio datur*.

(a) Miraculum istud refert Augustinus in Sermone 323 n. 5, et in Sermone 324.

## LIBER SECUNDUS (a).



**CAPUT PRIMUM.** — *Allocutio de libro altero ad præcedentem adjungendo.*

Bene mecum recolit Sanctitas vestra, sanctissimi patres et fratres, quod cum in conventu nostræ hujus Uzalensis Ecclesiae<sup>(b)</sup> cum<sup>(c)</sup> domini Stephani primi martyris Christi miracula fideliter descripta, et publica attestatione comprobata, ante hoc tempus vobis qui adfueritis de publico recitarentur, hoc quoque plenissime gratulationis munus, ipso Amico Dei, ut credimus, procurante, Dilectioni vestræ exhibitum, ut post recitationem divinorum operum atque gestorum, ipsarum etiam personarum in quibus illa mirabilia facta, quæcumque in praesenti reperi potuerunt, demonstratio perspicua et professio propria, non solum scriptis nostris testimonium perhiberent, verum etiam oculis aspectibusque vestris fidem veritatis ingerebant. Unde factum est ut, dum ipsæ virtutes Dei vestris auribus primitus per lectionem intimarentur, etiam visibus vestris oculata<sup>(d)</sup> fide præsentarentur, ut

<sup>(b)</sup> Redundat, *cum*.

<sup>(c)</sup> Ulimmerii codex, *oscultata*.

(d) Abest a Floriacensi Ms.

(b) Conf. supra, lib. 22 de civit. dei, cap. 8, n. 21.

SANCT. AUGUST. VII.

illud in vobis quod in Psalmo scriptum est, completeretur. *Sicut audivimus, ita et vidimus* (Psal. xlviij. 9). Erat namque in tanta re coelestis gloria spectaculum grande. Ubi enim pronuntiaverat lector quamlibet historiam, verbi gratia primitus de quadam cœca, postea illuminata (a), statim terminato sermone haec eadem persona requisita in populo, et inventa, et in medium omnis Ecclesiæ producta, admirantibus et congratulantibus, videbatur sola jam sine ullo comite ac duce, sicut prius solebat, incedere, ipsaque etiam per se gradus absidæ concendens, universis eminus conspiciendi astabat, et testimonium in se divinæ gratiae, ipsorum suorum illuminatione oculorum veluti fidelium testimoni tacita quadam prædicatione proclaimabat. Item cum de paralytico sanato multis antea cognito præcessit lectio (b), continuo idem qui ab eiusmodi infirmitate fuerat curatus, similiter producitus e populo propriis gradiens passibus, cum totius Ecclesiæ magno gudio cernebatur, præconia divinæ laudis quibusdam contestans palpabilibus documentis, ipsis sanitatis sui corporis integris membris. Dum haec itaque gererentur, duinque uno eodemque tempore

(a) Supra lib. 1, cap. 3.

(b) Supra lib. 1, cap. 2.

(Vingt-sept.)

re singulis quoque conscriptis etiam ipse res mirabili concordia unitate coirent; profecto putares non tam præterita narrari, quam potius præsentia demonstrari. Ita enim, quod sermone proferebatur, statim etiam ipso præsenti opere cernebatur, ut alio quodam majori miraculo mirabiliora ipsa miracula redderentur. Quis tam durus ac ferreus non in lacrymas erupit? non ad pietatem humilitatemque defluit? Quis unquam digno præconio loqui possit? Fiebat clamor gratulationis in auditu lectionis: rursus quoque major exsultatio excitabatur in aspectu visionis: ac sic per auditum et visum penetrabat flamma divini amoris oannis tunc cor hominis. Hæc autem quia sine silentio præterire non potui, propter eorum qui illo tempore adfuerant menioriam renovandam, sive eorum quos ista latebant nequaquam scientiam defraudandam; et quia illa ipsa continuo quæ recitata sunt, statim etiam a religiosis plurimis cum clausula sua capta<sup>1</sup> sunt atque descripta: idcirco ad alia quæ consecuta sunt narranda, hinc adjuvante Domino, quasi libelli secundi exordium sumpsimus. Referam igitur vobis, charissimi, adjutorio Domini nostri Jesu Christi, adhuc Stephani patroni communis mirabilia gestæ rei multisque bene notissimam in laudem et gloriam Dei memorabilem historiam.

CAPUT II.—*De Megetia quæ paralysi fuerat percussa, quæ inter medicorum manus defecrat, et currens ad sanctum Stephanum a duplice infirmitate curata est.*

1. Carthaginensis civitatis quedam fuit, nobilis genere, nobilior Christi side, Megetia nomine, dives in sæculo, ditor in Deo: cui christiana mater erat nomine Vitula: pagani autem erant maritus, et sacer, et pater. Hæc cum in utero haberet, quarto mense conceptus sui, nescio unde naufragando prius ac rejicendo, dum frequentius pateretur stomachi concussionem orisque distensionem et vomitus provocationem, in pravitatem pesteisque paralysis causa perduta est, ita ut exclusis a locis suis ipsis cardinibus dentium et arteriarum, nequaquam posset dilapsa ora constringere, neque pervios atque integros palati motus ac linguae ad aliquid vel ore emitendum, vel in os recipiendum habere. Remanserat in femina pia et pudorata deformis quidam et aversandus aspectus, et ibi vitii macula corpori erat infixa, ubi utique nequaquam posset esse celata: facies quippe erat, de qua quidam dixerat, Frons hominem præsert, quæ tegi sine dedecore non potest. Cæterorum namque membrorum cum aliquo vitio officia præpediuntur, nonnulla industria rubori subtrahuntur. At vero cum ipse vultus aliqua fuerit fœditate turpatus, quidquid propter verecundiam tegminis adhibetur, ipsa verecundia magis augetur. Quid ergo faceret nobilis matrona, velamento abscondens ora vitiata, duin venientibus salutatum ad se æque aliis nobilibus feminis, aut osculum dare, aut sermone in conferre, ipsius vita societas atque humanitas compulisset, ut taeciam de cibo et potu, quod vix a gre poterat manducare vel baurire? Namque ingenium industriaque medicorum diu multum circa eam laborantium frustra, non solum nihil salutis ei conferre poterat, verum etiam in deterius causa pergebat. Nec immerito: ab illo enim conditore et redemptore omnis naturæ Deo nondum in illa reformabatur, quod nonnisi ejus virtute formatur, cuius censura omnino hominis corpus et disciplina constringitur, et medicina laxatur. Tali igitur confecta moerore ac dolore, nec quoruncumque remediorum aut medicamentorum ullo adjuta levamine, fere jam sexto mense, tabefactum fuerat delicate corpus animusque puellæ. Ob quam rem etiam illud quod gestabat a vitali spiritu jam destitutum, intra septa viscerum retinebat emortuum. Ita cum prius sub uno paralysis vitio jam ipsa vita horret, accessit

aliud gravius et periculosius, unde nec ipsa quidem vivendi possiblitas remaneret. Nam si puella sic defecratur sub vitiis oris labore, quomodo posset vivere cum mortuorum viscerum collapsione? Septimus mensis incesserat, non vultus pestifer a prævitale exuebatur, non alvus onere mortuo exuebatur. Pontius vero, Megetia pater, sacer autem Avitianus, et maritus Adventinus, utpote adhuc geutilitatis erroribus adstricti, quidquid non solum per industrias medicorum, verum etiam per artes daemoniorum ac superstitionis figura mentitum, quasi pro vita interorientis Megetiae tolerant attenare, frustra omnino atque inaniter desudabant. Sed error infelix, quid saluti humanae te crederes posse conferre, quam studiisti semper auferre? Refelit te vox veritatis in sacratissimis Psalmis, contestans generaliter et breviter, a quo vere si omnis salus animæ corporisque, dicens: *Domini est salus* (*Psalm. iii, 9*). Soli enim Deo recte cantatur, *Honiæ et jumenta salros facies, Domine* (*Psalm. xxxv, 7*). Qui dignatus est creare, ipse prorsus dignatus est et sanare.

2. Proinde illis memorialis personis diu in talibus frustra laborantibus, et non corpore, sed corde dormitantibus, ecce Deus ille magister qui non dormit neque dormitat, qui custodit Israel (*Psalm. cxx, 4*), ipse Deus, inquit, cui cura est pro omnibus (*Sapientia vi, 8*), religiosam Vitulam, Megetiam matrem, fidelis calore succedit, atque ut ad domini Amici sui Stephani suffragium accurreret, inspiravit. Quam, ubi benedicta femina in sacrarum reliquiarum loco de Carthaginensi urbe ad Uzalensem profecta est, misericordissimus Dominus et iniserator exceptit, exaudivit, adjuvit, atque de filia compotem fecit, ac de diabolo adversario superato victricem triumphare permisit. Dici non potest quibus illa pia femina Amicum Dei flebilibus vocibus fuerit aggressa, et quanta cum miseratione ante limina gloriosi Martyris prostrata effusos sui cordis dolores expresserit, in hac verba prorumpens: Domine Stephane, Christi amice, subveni matri miserae, ad te confugienti pro salute periclitantis filiae. Hic te ergo planctibus ore, illuc te ancilla tua præsentem medicum sentiat imploro. Scis ipse qualibus causis laborete Megetia, et in quo vita discriminé sit constituta. Ecce enim ex quanto tempore jacet, misera tota corpore, et paralysi dissoluta, et visceribus tabefacta. Proximum est autem, ut septimus mense completo, comprehendatur ab octavo. Omnes desperant de salute Megetiae: ego quæ ad Christum et te, Amicum ejus, confugi, credo quia talis luctus de filia non imponetur capiti meo. Peto autem et rogo, ut, cum hinc a corona tua revertens festinanter ad ancillam tuam profiscisci corporeo, recreetur anima mea de filia aliquo nuntio bono. His et horum similibus multis affatibus ubi sati visa est sibi idoneum instruxisse advocationum sanctum Stephanum apud judicem Christum, propere ad revisendam filiam, unam et solam suam maximam curam, mater parturibunda revertitur. Oleum tamen sanctificatum, et orarium vel sudarium orationum<sup>1</sup> suarum sudorumque pro salute filiae laborantis testimonium, a beati Martyris Memoria secum pariter reportabat. Ecce igitur in via, cum declinando in æstuum gratia (nam æstuum tempus erat, quo igneus sol terras urebat) secessisset, subito adveniente nuntio accepit litteras a viro suo de Carthagine directas, sicut precibus suis postulaverat, in quibus proxime futura liberatio filia significata erat. Nam mensem octavum altera die ingressura filia dicebatur, aliquantulum tamen vegetior esse, et sui jam partus signa praecedere, et bono animo illam de filia esse debere. Quod totum religiosæ Vitulæ matri, non ore humano, sed divino oraculo nuntiabatur. His igitur primis voto-

<sup>1</sup> Forte legendum, *concepta*. M.

<sup>1</sup> *Urim, grationem.*

rum suorum relevata mater auspiciis, perniciiter advolavit. Quæ ubi pervenit Carthaginem, suamque natam in ipso vite sua articulo positam inventum, statim sacro oleo filia membra perunxit, sudarium quoque amplexandum pectori tradidit. Quo facto, resiviva Megetia uter sui partu exonerata, octavi mensis ingressa prægnantibus mulieribus tremenda lumina<sup>1</sup>, ab ipsa mortis regia, rursus auris est vitalibus restituta. Sic itaque una lethali causa dispuncta, archiatro cœlesti protinus altera curanda restabat. Quod ut jamjamque fieret, fida mater Vitula filiam libertam ad vitalis fontis veniam, unde ægræ sua haustum cœlestè poculum attulerat, salubriterque infuderat, secum reducere cupiebat. Sed nondum recuperata vires Megetiae, post laborem periculosa enixionis sue, alterum itineris subire laborem minime permittebant.

3. Interea vir, socer et pater pueræ nihil adhuc permoti in laudem Dei verique ejus Martyris primi de tam miserabilis causa uteri, rursum cœpero ob ejusdem curandam reliquam valetudinem, id est, vitiros oris pravitatem, illa hominum remedia eroresque consilere, et longas moras temporum frustra conterere. Namque annus integer et aliquot fere inenses evoluti sic erant. Tandem fidelis materna Vitula, archiatrum quemdam, Felicem nomine, Carthaginensis civitatis, fideliissimum præcatoris atque anicum domus sue, corrogavit ad se ipsam, ac super salutem ipsius unicæ ohtestando constrinxit, dicens: Sic unica filia tua vivat; potesthe curari Megetia de paralysi ista, an non? Tum ille: Fideliter dico, filiam tuam de hac causa penitus curari non posse, quia sic me voluisti constringere. Ipsa, inquit, junctura quasi carri, ubi oris et maxillarum retinacula quædam continentur, exclusa est a locis suis. Cui respondens mater Vitula, fidei sue stabilitate fundata, continuo retilit dicens: Ego non sic credo in Christo meo, quia sic relinquetur filia mea in hoc tanto paralysis malo. At ille fidei firmitate valde admirans in feminam: Hoc, inquit, omnipotenti Deo licet facere, cui credis; nam nihil spes ex nobis. Quibus religiosa Vitula auditis, dymiso a se archiatro, assumentis secum Megetiam suam, adiut virum suum et virum filiae sue, ac pio inflammata dolore, sic fari exorsa est: Acquievimus, inquit, vobis misere usque nunc, nec resistere viris mulieres valimus: diu vestras pertulimus voluntates, ex quibus nullus fructus salutis filiae, nullus cessit effectus, ita ut ecce per annum et quot excurrunt amplius menses inter manus medicorum corpus filiae meæ tantummodo fatigetur, nec omnino, sicut videtis, aliiquid perficiendo sanetur. Rogo, aliquando permittere et nobis, ut faciamus et nos quæ expedient nobis: eamus et nos ad medicum nostrum. Credo in illum, quia qui noluit Megetiam cum suo partu mortuo mori, ipse etiam eam faciet sano vultu suo inter homines conversari. His atque hujuscemodi querimonias deploratis justis ac veris, nequaquam illi viri tali femina virili animo induxit valuerant resistere. Maluerunt sponte cedere, quam quolibet alio judicante vietæ discedere.

4. Flexis itaque illis in hanc sententiam matris Vitulae, marito scilicet simulque patre Megetiae, sed marito quidem adhuc pagano, patre vero christiano catechumeno effectio nomine Pontio, senatore dignitatis viro (dignum est ut cuius fidem in Christo cœpinus pronuntiare, ejus quoque vocabulum jam incipiamus cum debito honore pariter nominare: qui sane quemadmodum initiatus christiano nomine fuerit, quoniam locus videtur exigere, minime nos pigebit aperire. Quando enim religiosa Vitula, nondum de partus periculo libera Megetia, ad Amicum Dei fuerat profecta, ibi in suis precibus etiam de hujus viri sui venerabilis

credulitate instruxerat, ut ille imbucretur fide ac nomine christiano. Quod sane eidem illa ipsa nocte tali est visione revelatum. Visa est quippe sibi met videre juxta ipsum beatu Martyris Memoriam duo cerasaria luminosa, pariter igne flammantia, ibidemque assistente secum atque apparente memoriam Pontio viro suo, sibi met dictum fuisse: Vitula, melius lucet cerasarium nostrum; unde volo scias me posuisse jam jugulos. Quo viso auditoque, religiosa Vitula sonno expergesfacta, et mane facta<sup>2</sup> oratione suppleta, hoc ipsum quod in somnis viderat quibusdam ancillis Dei enarrare coepit. Et prior ipsa somnum suum interpretata respondit, dicens ad memoratas circumstantes virgines: Noverit Sanctuas vestra, quia cito Pontius credet in Christo, sicut confido de Christo meo. Nam hoc est quod per somnum mihi significavit dicens: Volo scias, Vitula, quia posui jam jugulos, non utique nisi sub iugo Christi. Sic ergo honorabilis Pontius effectus, ut dixi, primum catechumenus christianus sequenti anno, iisdem diebus quibus a religiosa Vitula beatus Stephanus pro salute mariti æterna fuerat exoratus).

5. Sed, ut dicere cœperam, consentientibus sibi met viris suis, mater Vitula cum Megetia sua pariter de Carthagine profecta, pariter ad Memoriam beati Martyris pervenerunt, ac deinde ante sacrata ipsius limina prostratae, die noctuque flentes et ejulanties, cinere et cilicio squallentes, inde nobiles semina homines non erubescentes, ut Deo essent placentes, suscepserunt illud quod dictum in Psalmis audierant: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Ubi est Deus tuus (Psal. xl. 4.)? Etenim neque ista de ipsa nostra religione christiana piis et nobilibus feminis decrant ab incredulis improperia, unde ante Dominum flebilibus vocibus, et amaris, ut scriptum est, verbis memorabant, et effundebant super se animam suam. Dicebatur namque ab inimicis fidei nostræ: Ubi est Deus vester? Inclamabat ergo Vitula mater auribus Amici Dei: Domine Stephane, ecce adduxi Megetiam tuam ad te, quam tu ipse liberasti de morte. Nec nos in gaudium inimici fecisti venire, non tradens nos in animas tribulantibus, qui detrahunt et desperant de Christo Domino nostro, et de te, ejus tanto Amico. Fac, rogo, fac iterum erubescere eos de tota et de plena Megetiae salute, sicut jam fecisti erubescere eos de ejus uteri periculoso labore. Non omnino deficies ad minoris, qui prestiti majora. Quod promisi ejus viro paganico de te, imple propter te. Non confundatur mater in filia, quia præsumpsit in te, que confugit ad te. Certe ut oculus cordis nondum creditum nobisque insultantium sanctar, os filia curetur: et ut acquiratur sanitas animæ illorum, præstetur pueræ sanitas membrorum suorum.

6. Talibus in ejusmodi sensum dictis lacrymabilibus deploratis, septima transierat dies, cum ecce nocte intempsa visitat per somnum Megetia; videt apparentem sibi insignem virum visu, diaconi præleventem habitum. Illa eum rogare coepit, velut quendam medicum spirituale, ut os suum inspicret, et si dignaretur, curaret. Verum ille mox ut os ejus inspexit, vultu eam hilari serenoque intuitu ait<sup>3</sup>: Equidem adhuc os tuum non rectum; sed sursum aspice, et vide quid vollet super caput tuum. Continuo illa super se erigens oculos, videt serpentem quemdam teterium supra se pennarum remigio volitantem, atque huc et illuc tortuosis anfractibus oberrantem. At pavefacta Megetia horribili monstruosoque visu, insignis illius viri exhortatione firmatur, ad ipsam dicentis: Nisi prius istum serpentem occideris, sanari non poteris. Sed noli metuere, forti animo illi congredere, et omnino superabis. Quo auditio, Megetia fidei sue robore et de tanti adjutoris sui armata protectione,

<sup>1</sup> Forte, factio.

<sup>2</sup> Forte, initatus.

<sup>3</sup> Forte, linata.

arrepta in tempore silumet velut virga oblata, contra illum draconem teterrimum et tortuosissimum decer-  
tavit. Quen, etsi diu exercita diuque ab reluctante  
adversario delassata, ad extreum tamen, ubi illum  
in capite percussit, continuo prostravit. Quo trepido  
gaudio expergfecta, strato exsiliens evigilavit. Cum  
que somnii sui quid ratio portenderet cogitaret, nec  
liquido intelligere valuisse, exinde oravit visitari,  
confirmarique poposcat<sup>1</sup>, ac deinde se quieti permit-  
tit. Ecce denuo videt illum decorum habitu juvenem,  
sivea veste fulgentem, ac statim jacenti sibimet velut  
manu porrecta, audivit juventem pariterque dicen-  
tem: Surge, sic curaris. At vero Megetia, ut ante  
medico homini facere conseruerat, capite opposito,  
quasi sovenda ora sua ei offerebat. Sed ille, utpote  
ignorantis corrigen factum, respondit eidem: Utquid  
hoc facis? Prius sunt tibi oculi curandi. Illa retruit  
dicens: Domine meus, oculos sanos habeo, sed ut os  
meum cures rogo. Et ille: Jam, inquit, tibi dixi,  
prins sunt in te oculi curandi. Tunc velut coelestis ar-  
chiatrus, spiritu cordis secreta intropiciebat, quasi  
cutem medicinalem colyrium imposuit, oculos super-  
linivit, atque discessit<sup>(a)</sup>. Verum cum mane facta  
hoc ipsum religio-a Megetia somnum suum charissimis  
suis et sanctissimis feminis indicaret, in ipso sermone  
narratione sue ultra corde compuncta et cujusdam  
peccati sui recordatione subito stimulata, peccatum  
suum consiliter non distulit, sed, sicut scriptum est,  
delictum suum agnivit, et injustitiam suam non ope-  
ravit (*Psal.* xxxi, 5). Ecce ergo qui illi erant oculi prius  
curandi, non utique corporis, sed cordis, quod, ut  
spiritualis medicus, gloriosus Stephanus pronuntiavit  
illi dicens: Prius sunt tibi oculi curandi. Sanandum  
quippe erat quod vitiosum latebat in mente, ut sic  
deum sanaretur quod depravatum cernebatur in  
corpo. Hinc ille quoque teiterrimus serpens, qui su-  
per caput volitabat, quia principalem rationalis ani-  
ma mentem obtinebat, conterendus fuerat et vincen-  
dus. Dum enim reatus cujusque delicti humiliiter  
agnoscitur, caput columbi poenitendo quassatur, cordis  
oculus confitendo purgatur. Duodecimo igitur die,  
ex quo cum sua ad Amicum Dei venerat matre, dum  
orat ad locum sacratum Memoriae pulsans fidei pietate,  
non solum affectu cordis, verum etiam motu corporis,  
ipsa ostiola Memoriae impulsa patetfecit, ac vim faciens  
regno Dei, caput suum intromisit interius, et super  
cubile sanctarum reliquiarum confixit, lacrymisque  
suis omnia illuc lavit, atque rigavit. Verum ecce illo  
desuper miserante qui appropinquant contritis corde  
(*Psal.* cxlvii). Megetia famula Dei quadam sibi visibili  
et attractabili manu os suum corrigi et compalpari  
persensit. Quae posteaquam ab oratione surrexit, cir-  
cumstantibus choris virginum sanctarum, ibidemque  
pro illa et cum illa Deo laudes dicentium, tremens et  
gaudens hoc ipsum indicavit. Quale tunc quantumque  
in omnibus mentibus fuerit gaudium, et flendi ante  
ipsum Deum excitaverit effectum, vix poterit explicari.

7. Sed antequam gesta rei ad finem optatissimum  
veniamus, ubi plenam perfectamque salutem religiose  
Megetiae, Amico Dei curante atque auxiliante in no-  
mine Christi, demonstratur sumus, quod in medio  
hujus aliud mirabiliter contigerit, nequaquam prete-  
rire debemus. Cum ferme quadragesima diebus circa  
sancti Martyris locum orando mater filiaque persiste-  
rent, ecce repente venientibus litteris, sibimet Car-  
thagine directis, quo pater puelle honorabilis Pontius  
diceretur corpore agrotare, ad eundem visendum  
de Uzalensi civitate profectae sunt. Verum cum in  
medio itineris, astuui causa, sovendi corporis gratia  
lavacris uti voluissent; adfuit in praesenti quedam  
domestica ab infideli cognita Megetia et in obviem mis-  
sa<sup>2</sup>, non tam ad salutandum, quam potius ad explo-

<sup>1</sup> Juxta Morel, *Elem. Crit.* pagg. 330, 380, legendum est:  
exinde ora visitari confirmarique poposcat. M.

<sup>2</sup> Forte, cognata Megetiae in obviu missa.

(a) Locus corruptus.

randum. Quia cum curiosius cuperet benedicta Mege-  
tia nuda ora vultusque conspicere, intravit cum ea  
in obsequium<sup>3</sup>, et ubi quantum voluit in faciem fa-  
mule Dei intendit, prorsus integrum sibimet apparent  
os Megetiae sanumque conspexit. Qno viso, obstu-  
facta alique mirata illa domestica, quae aliud quam  
sperabat invenit, continuo ad quamdam juxta stantem  
sacrae virginem convertit se, et non nominatam eam  
compellans ait: Infans Helpidiana, sana est prorsus  
domina Megetia. Sic enim Dei gratia vigebat in Me-  
getia, ut, licet ejus plenior cura in corpore ex parte  
aliqua diffiretur, perfecta tamen sanitatis species re-  
verberandis incredulorum oculis obiceretur. Quid illa  
auctilla Dei intelligens magnum mysterium Dei, illi mu-  
hiericule respondit dicens: Increduli, vel modo credite.

8. Rursus apud Carthaginem cum benedicta Megetia  
quadam die cum viro suo pagano sermonem conferret,  
et inter fabulas dum viro suo ore integro vultuque  
apparet, commotus tali visione vir eis gratulari  
coepit ac dicere: Domina Megetia, sanam te prorsus  
aspicio. Verum illa dissimulando interim legens quid  
divina virtus in se demonstrabat, sermonis sui cur-  
sum tenebat. Itidemque ille quod videbat tacere non  
poterat, et sicut prius eidem respondebat: Sana es  
prorsus, Deo gratias. At illa impleta gaudio, tandem  
subridens, ait marito: Vel modo iam credes Christio?  
Et ille: Quid vis, inquit, faciam patri meo? nam et  
ego christianus fieri volo.

9. Sed ut jam ad terminum quem promisimus ve-  
niamus, dies Paschæ sanctissimus propinquahat, ecce  
benedicta Megetia a quadam amica atque nobili femina  
Rustica rogabatur, ut voto suo solvendo beato martyri  
Cypriano in Mappalia secum pergeret, et sole-  
mitati pariter interesset. Quod Megetia facere se nou  
posse causabatur, sciens quid in se Dei potentia infli-  
delium oculis ostenderet, quid plene salutis<sup>4</sup> coelestis  
gratia reservaret. Tamen amicam contristare uolens,  
non penitus negavit, sed plane ad illum diem quod  
Deus voluisset facturam se esse promisit. At ubi illa  
amicam discessit, non destitut die nocteque orationi in-  
stare Megetia. Buccellam sane omni die in oleo sanctificato  
linetam prius accipiebat; et sic exteros cibos  
sunnebat. Quadam vero nocte visitavit in somnis, ita  
ut se iuxta Memoriam beati Stephani stantem putaret,  
ibique juvenem illum speciosum cerneret, candida  
luce perfusum et insigni equo subiectum, lampade-  
que quampiures lucentes, ac precedens ei splendidis-  
sum apparatus, sibique ab eodem clara voce di-  
cendum: Ad te pertinet ista lux, Megetia, suscipe illam.  
Post quam visionem expergfecta gaudinque repleta,  
statim ubi se sanam sensit, manus suas ad os suum  
facienteque inspicendi applicavit, et quasi primum  
gaudio soli sibi non credens, ancillas suas que circa  
lectum suum quiescebant, clara voce excitavit, et ut  
ad se inspicendi atque contemplandam accurrerent,  
advocavit. Tum illi, ut viderunt in domina sua do-  
num Dei suisesse impletum, votumque omnium esse  
perfectum, omnes pariter in latitudine exclamaverunt,  
et in laudem Dei eruperunt. Advenit etiam ille ab  
amicâ præstitutus sibi nec dies, venit a diversis ad  
religiosam Megetiam, ut, sicut promiserat, ad desti-  
natum locum charas suas non deserendo pergeret  
diuñatur. Sed Megetia Dei famula velamento albuc,  
sicut solebat, ore contecto, ab intimo cubiculo ad  
amicas suas foras egressa est. Quas ubi de se aliquan-  
di tristes esse permisit, subito illo a facie velamento  
ablatu, et vultu demonstrato, ait: Ecce vos videte  
quid in me Deus dignatus est perficere, et una me-  
cum gaudeite, et ipsi Domino pro me gratias agite.  
Quam ubi omnes conspexere, gaudentes et Dominum  
benedicentes, osculis lambere, et eam complexari co-  
perunt. Tunc omnes ura ad ecclesiam perrexerunt  
cum ea, et vota sua Domino persolverunt. Peracto  
autem sancto Pascha Domini, etiam ad Uzalensem ci-

<sup>3</sup> Legendum forte, in hospitium.

<sup>4</sup> Forte, plena saluti.

vitatem religiosa Vitula una cum Megetia sua aliisque religiosis feminis venit, votaque sua de salute filie plena et perfecta Christo Domino Christique Amico in conspectu omnis nostra Ecclesia: congaudentis atque congratulantis hilariter reddidit, serventer exhibuit, fructuoseque persolvit.

**CAPUT III.** — *Donatus quidam apothecam habens, sere ducenta vase rini corrupta reperit, cuius jussu minister lagena ex omnibus vasis impletiani attulera, et ad sanctum Stephanum currens, ibique ponens oravit, et reversus cum lagena, in omnibus vasis ex eadem iudicis, et reparatum est vinum.*

Donatus quidam dicitur homo, sane honestissimi quoque filii, nomine Rustici, praefectorum numerarii cunctis bene notissimi, pater. Ille in fundo suo suburbano cum loco et nomine vocitato probi generis vina quotannis condere et conservare consueverat. Interea, ut possessoribus mos est, commodorum quæstuum causa, quoslibet terræ repositos fructus tunc malle venales emporibus publicare, cum votis exoptatorum lucrorum avariora concurrunt pretia temporum, visum est memorato domino prædii, cum quodam homine suo, vini scilicet gustatore peritissimo, apothecam suam primitus intrare, ac per singula vasa examinando vina approbare. Quo facto, mox ut degustator haustum vasis merum applicuit iudicio labiorum, continuo stupefacta in homine ora vultusque palluere. Nam præter quod vini teterrimus color aver-sandum oculis ex se offerebat aspectum, etiam tristissimus sapor labiis morendum ingerebat gustum. Verum cum hoc malum in uno tantum vase consistere putaretur, non tam molestante damnum<sup>1</sup> jactura patrisfamilias habebatur. At ubi per singula vasa cœptum est circuiri, omniumque vasorum, id est ferme ducentorum, numerus examinatus similiter degenerasse ac deperisse repertus est; quis tunc ibidem fuerit possessor animus, quis ipsius apothecarii lucius, puto quod ignorare non possit omnis compatiens animus humanus. Non enim revera minimum et contumendum detrimentum damnumque contigerat, sed ducenta, ut dixi, sere que putabantur vase vino suavissimo plenissima, eadem et contrario reperiebantur nec acetii, sed cujusdam corruptissimi et fæculentissimi liquoris squalore adimpta. Quid ageret ita rei labefactæ sue dominus, vindemia sue interitum non adiuc in vitibus, sed, quod est gravius, in ipsa pessima apotheca? quid, inquam, ageret? quid tam corrupto nec jam dicendo vino facere potuisse? An forsitan qualcumque abjectissimo pretio vendidisset? Sed quis tam fatuus empor ad rem fatuam accessisset? An saltem effunderet atque projiceret? Sed quis ita oblitus laborum suorum esset, ut qualescumque anni fructus proculcandos hominibus bellisque facile exponeret? Tandem fluctuanda in talibus mororibus anima divina aspirationis aura perlata in portum fidissimum stationemque tutissimam velificante deducta est gratia. Nam multa secum agitant hæc potior sententia animo insedit possessoris, confugiendum esse ad Amicum Dei Stephanum sanctum, primum martyrem Christi. Proinde jubet illi prægustatori vini sui, ut unam lagunculam ex quolibet vasorum suorum adimpleret, eamque ad Beati Memoriam, benedicendam diluculo deportaret, atque exinde sanctificatam continuo referret, tuncque ex illa per omnia vasa parum quid superfundere atque discederet. O Domine, Domine, cui cura est pro homine, omnia benigne faciens propter hominem, qui per sanctos tuos olim aquas amaras et infecundas, ligno immisso et vase salis injecto sanasti (*Exod. xv, 25; IV Reg. ii, 21*), ac per te ipsum, Domine, aquam in vinum convertisti (*Joan. ii, 1-11*), ipse nunc et per amicum tuum Stephanum sanctum, reparasti in statum pristinum vina perdita, versa amaritudine in suavitatem, nigredine in candorem, mero in exultationem! Propere igitur domini sui jussa minister ille fidelis exsequitur:

<sup>1</sup> *Forte, damno. In B. ad marginem, « locus corruptus, » M.*

lagenam, ut finierat præceptum, hausit, perrexit, apposuit, reportavit, vasisque singulis permodicum quid contribuit, et abiit. Altera die, memor fidei mandati que sui, surgit patersfamilias matutinus, ministerii consicum ministrumque convenit, una secum ad apothecam comitem ducit: inspicuntur denuо cuncta per ordinem vasa: vinum lauritur, nitor in colore conspicitur, sapor in gusto approbatur, tristitia in gaudium commutatur, et quid quantumque fides in Christo ejusque glorioissimo Amico valeat reperitur, cunctisque audientibus mirantibusque succeditur: denique illa probatissima vina condigno pretio emptioribus distribuuntur. Ecce qualiter divina providentia utilitatem hominum deservit: et quid tandem Deo pro tantis ejus beneficiis exhibetur aut redditur?

**CAPUT IV.** — *Ubi draco de celo magnificus apparuit, a cuius conspectu universa plebs ad Stephani limina confudit, et ipsis orantibus paululum inter vellera nubium subtractus non comparuit.*

1. Quidam die agebantur nondine in nostra civitate, et hora iam meridiana cœli facies serena in terram et caliginosam aeris turbidinem subito est commota. Ecce autem desuper aspicitur igneus quidam et immense magnitudinis propendens in caput e nubibus draco. Quod non ita insolitus et novum debet videri, non solum propter notitiam popularē, verum etiam Scripturæ sancte auctoritatem, quæ de draconibus sic memorat dicens: *Laudate Dominum de terra, dracones et omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quæ faciunt verbum eius* (*Psal. cxlviii, 7, 8*). Abyssus namque dicitur, non tantum hic deorsum aquarum inestimabilis profunditas, sed etiam sursum istius caliginosi aeris, quem suspicimus, immensitas, qui maris ac terre humore videtur pinguescere: cuius impulsu flabiles auras excitantur, velut lanæ vellera nubes agitantur, fulgura ignea emituntur. Quæ omnia ne, sicut insipicentes sapientes putant, casu et fortuitu fieri credentur, sancta Scripturæ vigilanter providit: et postquam dixit, *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis*; continuo subjunxit de ipsis universitatibus Creatore atque Rectore, et ait, *quæ faciunt verbum eius*. Proinde pendentem ex hac, ut dixi, providentia dispensatio Dei, et nubibus flammantem draconem tanquam de superiori abyso procedentem atque emananteum, cum aliquandiu huc atque illuc motus aer ferret atque deserret, ac jamjamque præcipitandum super medium civitatem tremor omnium qui aderant expectantium et stupentium cerneret, fugere convenuit publico popularis turba cœpit, et passim quæcumque timor egreditur, sicut quisque poterat, discurrerat. Totus denique ipse dissolutus perturbatusque mercatus. Relicta namque omni negotiacione terrena, pro sola tantum homines metuebant vita. Quis enim tunc quereret lucra pecuniae, in tanto discrimine damna deplorans animæ? aut quis cogitaret vel corporis victum, formidans vitæ suæ ultimum occasum? quis porro cuperet vestem, metu mortis amittens mentem? Magnus etiam concursus multitudinis ad gremium Ecclesiæ matris, ad misericordiam protinus convolavit Dei Patris. Ad ipsam Amici Dei sacramentum Memoriam in facie prostrata jacebat diversa acta, dispar quoque sexus. Tandem pro cunctorum fletibus opportune ad Christum domini Stephanum fusa prece, clementia Dei annuente, horrendus ille draco paululum coepit a conspectu hominum inter nubium septa subtrahi atque abscondi, et qua venti incubuerant, redeunte cœli serena facie, discuti atque propelli, ac sic revocatis animis, atque a tanta tristitia in lœtitiam reductis, reddebantur Deo et Amico ejus uberes gratiae cum ingentibus lacrymis de inopinata gratulatione profusa.

2. Ad hæc accedit etiam aliud quiddam ex hoc ipso miraculo mirabilius: ne ignara in omnibus fragilitas humana, nihil de divinis judiciis et beneficiis evidenter apertiusque edocta, ita ut dignum fuerat, existi-

*Gisset grata. Ecce namque altero die, procurante divina dispensatione, quidam negotiator nunquam uoxire cognitus regioni, subdiaconum nostrum nomine Sennodum in loco Memblotutano<sup>1</sup> ultra convenit, et ad se vocavit, et quisnam vel unde esset ab eodem flagitavit. Qui ubi se subdiaconum Uzalensis Ecclesiae memoratus est, respondit continuo idem ille ignotus homo (si tamen solum homo: credendum est enim quia angelus et homo; neque enim hoc vel inauditum atque inexpertum est, sive religionis christiana sive notitia humanae, sanctos Angelos terreno habitu et visibili specie plerumque hominibus apparuisse). Dedit ergo subdiacono memorato velum variis pictum coloribus, in quo inerat pictura huc: in dextera veli parte ipse sanctus Stephanus videbatur astare, et gloriosam crucem propriis repositam humeris bafulare, qua crucis cuspidem portam civitatis videbatur pulsare, ex qua profugiens draco terribilis cernebatur exire, Amico Dei videlicet adventante. Verum ille serpens noxius nec in ipsa fuga tutissimus, sub triumphali pede Martyris Christi contritus aspiciebatur et pressus. Talis itaque pictura veli non omnino absque mysterio Dei ubi a memorato subdiacono allata pariter atque suspensa est ante ipsam Memoriam tanti patrum, omnis atlas omnisque sexus intineri et mirari coepit, tanquam spectaculum grande, quo scilicet auctore quoque liberatore draco ille extinctus est hostisque devictus. Gestæ quippe rei fidem præcedentis diei commendabat in animis omnium attestatio sequentis diei. Namque illud quod studiosius cernebatur in velo, hoc jam credibilius tenebatur in vero. Concurrebat enim pictura cum gratia, et tam divinitus pridie gestum salutis beneficium recolebatur, qnam postea in veli imagine advertebatur. Denique ex ipsa congruentia diei præcedentis atque sequentis veritatis, et imagine rerum et quorundam exemplariorum, tantus in multis stupor pariterque amor, admiratio et gratulatio accendebatur, ut a cunctis nihil aliud omnino vel dicere vel affirmaret nisi hoc unum. Vere quia per Amicum suum Deus istam liberaverit civitatem, et grandem a nobis depulit pestem. Et revera Dei suit ad homines quedam allocutio in velo tacite significans quodammodo et dicens: O miseri mortales, quale hesterna die draconis evaseritis incendium, vel cuius pro vobis advocati fuerit acceptum suffragium, isto sequenti die istius veli figurazione intelligite, atque gaudete. Hinc vestram et præcedentem tentationem et subsequentem liberationem apud vosmetipsos conferte, exinde non dubii, sed certi, Deo vestro per Amicum meum gratias agite. Ecce draconem de vestra civitate cernitis fugatum et expulsum, ecce conterentem caput ejus primum Martyrem meum: ecce Crucis tropium, per quod vicistis inimicum. Hoc ergo modo civitate nostra a tanto periculo primitus liberata, ac postea tali per congruentem picturam veli admonitione instructa et illuminata, gemino miraculo est omnis pia anima in Dei gloria exhilarata.*

#### CAPUT V.—De dispensatore pecuniae publicæ Carthaginensis liberato.

1. In supra dictis miraculis domini Stephani patroni communis, virtutes sanitatum et visiones somniorum effectusque eorum medicocitate nostra nos digessisse meminimus: nunc vero evidenter et occultata fide humani habitus corporales apparitiones et demonstrationes in foro, in judiciis, in luce diel, et conventu populorum, ordinum dignitates hominibus vigilantibus et videntibus exhibitas per ipsum Amicum Dei, adjuvante Domino, cupinus enarrare. Igitur dispensator pecuniae publicæ Carthaginensis civitatis, Florentius nomine, sicut in talibus functionibus fiscalium actionum evenire assolet actoribus earum, ut innotescat potestatum sub quibus degunt, et quorum ditioni inserviunt, incurvant; idem usque ad pericu-

<sup>1</sup> Porte, *Membrianiano*, ut supra, lib. I, cap. 5.

lum capituli offensam judicariae indignationis incurrit. Quia de re ex præcepto nescio unde proconsul, præcipitanter iesus est rapi, et ejus mox obtutus sis. Quod cum absque illa mora officium quod patet<sup>1</sup> implesset, memoratumque dispensatorem raptum per publicum sedenti proconsuli in secretario obtulisset; continuo pallor ingens caput discurrere per corda eorum qui aderant, et videbant, atque humanae miseratione hominem dolebant, ejusque periculum metuebant. Interea viso protinus quem surialiter quereret, exsurgit in voce terribili potestas irata, minaci euidentis dispensatorem interrogatione perturbans. At pavesci hominis fugata mens inetu, nec quid dicere inveniebat. Sed ecce Deus ille magister et colo propiciens super filios hominum, miscens severitatem lenitatem, minas transferens in benignitatem, castigando amans, almando consolans, judex in flagellis, pater in blandimentis, ubique fidelis, nusquam crudelis; ipse ergo Deus Dominus ad liberandum eum hominem angelum suum misit, de quo dictum est: *Inmittet angelus Domini in circuitu timentium eum, et eruet eos (Psal. xxxiii, 8).* Nam cum dispensator ille vita sua incertus ac dubius sub tanto metu terribilis potestatis interrogacionis astaret, repente pulsatum se a tergo persensit. Statimque paululum cervice delixa, oculisque fortim retrorsum reductis, videt velut unum de carnisicibus circa se astantem, sibiisque suggestenti quid ageret, quem rogare deberet, dicentes et admonebentes: *Invoca sanctum Stephanum.* Quo viso auditoque Florentius, sua menti ac sensui redditus, et fuga dum dudum recreato animo confortatus, gloriosum Stephanum intra semetipsum orare atque invocare minime desistebat. Deinde elevata parumper facie ad interrogantem judicem, oculos intendit in judicis assessorem. Quem cum nova facie, novoque vultu micantem, fulgentemque consiperet, neque illum sibi notissimum, sed alium incognitum atque mirificum judicis consiliarium cerneret, ita ut cum esset assessor nota ante in omnibus, et marcida ævo in vultu deformitas et senilis ætas; in illo vero qui ei apparebat, juvenili decore vultus et candor effulgebat. Hoc viso memoratus Florentius, diu multumque permotus, non jam dubius, sed firmus et certus, gloriosum Stephanum ibi præsentem credebat adesse, ipsumque occultata sede intendere se, et in sua causa judicem sedere, vel judici assistere. Nam quo plenius perficitusque de tali visione ac presentatione Amici Dei fiduciam caperet, videt Florentius eumdem suum suffragatorem, siue judicii misericordissimum consiliatorem, etiam manu sua sibi met annuente, et ne quidquani prorsus timeret, per manum dexteram significantem, vultuque hilari sibi arridentem, et spem salutis plenissimam pollicentem. Quid multa? Sensim cœperæ illi furiales impetus judicis tumentesque animi ad omnem tranquillitatem lenitatemque deduci: ita ut non formidaret judicem, sed agnosceret patrem: nec cuius securum capiti suo pertimesceret, sed cuius favorem propriae salutis speraret. O Domine, Domine, qui veras tuas laudes in sacris tibi psalmis decantari non arrogauerit, sed misericorditer jubes; non præ tua jaciantia, sed pro nostra tutela, cum dicitur, *Tu dominaris potestati maris, motum aulem fluctuum ejus tumultas (Psal. LXXXVIII, 10).* Sic ut consonat etiam evangelica auctoritas, ubi imperio Christi tui, dum levigarentur turbulenti fluctus ac venti, mirantes dixerunt discipuli: *Qualis est hic, qui imperat ventis et mari, et obediunt ei (Luc. viii, 25)?* Verissimumque quod etiam alibi in sermone Scriptura sacra dicitur de te: *Cor regis in manu Domini, sicut aqua decurrent; quocumque voluerit, illue detorquet eum (Prov. xxi, 1).* Tu enim, Domine, de consulari irata primitus et post tranquillata potestate erga dispensatorem, illud nostris temporibus exhibuisti, quod in antiqua Scriptura auctoritate prius ferociente et rursum blandiente re-

<sup>1</sup> PP. Benedictini notant hic in margine: « legendum forte, petebat, vel, petebat. » M.

gia potestate, circa Esther feminam sanctam ostendi-  
sti, et in memoriam posteris legendum sciendumque  
dedisti (*Esther xv*). Proinde dispensatorem Floren-  
tium proconsul, non jam ut officiale suum, sed tan-  
quam filium remotis carnificibus, non solum ad sese  
atque ad gremium suum absque ullo timore vicinus  
jussit accedere, sed et eum cœpit paterna affectione  
familiarius commonere, ac deinde indulta venia vita-  
que concessa liberum facit de secretario abscedere.  
Quo facto, qui astabant et pro hominis periculo pia  
sollicitudine trepidabant, abeunte absoluto et illeto  
dispensatore, mixto cum stupore gaudio, modo hasci-  
tabant, modo exultabant, modo inter se mirantes et  
disquirentes dicebant : Unde ista tam repentina re-  
rum commutatio atque conversio, quæ proconsularem  
potestatem omni severitate exuta ad tantam humani-  
tatem lenitatemque perduxit, ut hominem ad vitam  
ab ipso mortis limine reduxerit?

2. Porro autem Florentius, licet transacto periculo  
ad huc tamen ex priore metu aliquantulum animo sauci-  
ciosus domum reversus est. Nulli sane suorum est in  
tempore confessus quid acciderit, quid viderit, quid  
evaserit (!). Verum nocte eadem per somnum videt  
sibi apparentem illum qui in secretario a se visus  
fuerat, juvenili specie vestitus, limine, atque ultra  
nominatum compellatus audivit : Quid est, Florenti?  
Agnoscis me? Ego sum qui in secretario apparui tibi,  
teque de morte liberavi. Quem cum Florentius agno-  
visset, ipsumque esse Stephanum intellexisset, ubi

<sup>1</sup> Alias, qui evaserit.

eum adorare voluit, manu mento supposita ab illo  
elevatus est. Expergefactus autem Florentius surgit  
matulinus, copiisque grates Deo persolvere, ejusque  
Amico vota sua reddere, solus ad Uzalensem urbem  
proficiscitur. Sed cum viæ sibi incognitæ essent, via-  
tor ignarus orabat tacitus intra semetipsum, et ejus-  
dem glorirosi Martyris Christi implorat ducatum. Ve-  
rum cum ipse prece funderet, ecce in silentio pre-  
cantis presbyter nostræ Ecclesiæ, Firmus nomine,  
Florentio aliunde superveniens adjungitur. Quem con-  
spiciens Florentius percunctatus est quo iter ageret.  
Respondens memoratus presbyter, ad Uzalensem se  
pergere civitatem, unde etiam se presbyterum esse  
concessus est. Tunc Florentius animo exultaratus grati-  
tulari plurimum cœpit, omne suum gaudium celare  
non potuit, sed ab ipso rei geste exordio supradicto  
presbytero itineris sui comiti adjuncto, quæ secum  
divina misericordia per gloriosum Amicum suum ege-  
rit, ordine indicavit. Deinde finito itinere Florentius  
una cum presbytero ad civitatem venit, beati Marty-  
ris limina humili pietate ingressus, et pavimento  
prostratus omnipotenti Domino Iesu Christo, ejusque  
beatissimo Amico gratias egit. Monasteria quoque in-  
gressus venerabilis episcopo, simulque servorum Dei  
ad se concurrenti choro, omnia hæc enarravit. Et nos  
quoque secum per multam gratiarum actionem in  
laudes Dei et coronæ martyris Stephani alacriter ex-  
citavit ac ferventissime accendit. Hæc dicta sunt a no-  
bis pauciora de multis quæ valut stilus indagare, et  
legenda magis cum desiderio, quam cum fastidio re-  
ligiosis pectoribus commendare.

### INDEX RERUM QUÆ IN HOC TOMO SEPTIMO CONTINENTUR.

IN TOTUM SEPTIMUM PRÆPATIO.	9-10
SYLLABUS codicium ad quos recognitum est Augustini opus de Civitate Dei.	11-12
S. AURELIJ AUGUSTINI, HIPP. EPISCOPI, AD MARCELLINUM DE CIVITATE DEI, CONTRA PAGANOS LIBRI VIGINTI DUO.	13-14
LITERA PRIMUS. — Paganos reprehendit, qui orbis calamita- tes, maximeque Romanæ urbis recentem a Gothis vastationem christianæ religioni, qua deorum cultus prohibetur, tribuebant. Agit de commodis et incommodis, quæ tunc bonis et malis, ut solet, fuerunt communia. Illorum denique retundit procaciatem, qui Christianarum feminarum viola- tum a militibus pudorem objectabant.	<i>Ibid.</i>
PRÆPATIO. De suscepti Operis consilio et argumento.	<i>Ibid.</i>
CAPUT PRIMUM. De adversariis nominis Christi, quibus in vastatione Urbis propter Christum Barbari pepercérunt.	<i>Ibid.</i>
II. Quod nulla unquam bella ita gesta sunt, ut victores, propter deos eorum quos vicerant, parcerent viciis.	13
III. Quod imprudenter Romani deos penates, qui Trojam custodiore non potuerant, sibi crediderunt profuturos.	16
IV. De asyllo Junonis in Troja, quod neminem liberavit a Graecis, et basilicis Apostolorum, quæ omnes ad se confu- gientes a Barbaris defenderunt.	17
V. De generali consuetudine hostium victas civitates evertentium, quid Caesar censerit.	18
VI. Quod nec Romani quidem ita illas ceperint civitates, ut in templis eaurum parcerent viciis.	<i>Ibid.</i>
VII. Quod in eversione Urbis quæ aspere gesta sunt, de consuetudine acciderint belli; quæ vero clementer de po- tentia provenerint nominis Christi.	19
VIII. De commodis atque incommodis, quæ bonis ac malis plerumque communia sunt.	20
IX. De causis correptionum, propter quas et boni et mali parties flagellantur.	21
X. Quod sanctis in amissione rerum temporalium nihil pereat.	23
XI. De fine temporalis vite, sive longioris sive brevioris.	23
XII. De sepultura humanorum corporum, quæ Christianis etiam fuisse negata, nil admitt.	26
XIII. Quæ sit ratio sanctorum corpora sepelliendi.	27
XIV. De captivitate saeculorum, quibus nunquam divina solutio defuerunt.	28
XV. De Regulo, in quo captivitatibus, ob religionem etiam sponte tolerande, exstat exemplum : quod tamen illi deos coleti prodesse non potuit.	<i>Ibid.</i>
XVI. An stupris, quæ etiam sanctarum forte virginum est passa captivitas, contaminari potuerit virtus animi sive vo- luntatis assensu.	30
XVII. De morte voluntaria ob metum poenæ vel dedecoris.	<i>Ibid.</i>
LITERA SECUNDUS. — In quo disputatione instituta de malis que ante Christum, vigente deorum falsorum cultu per- pessi sunt Romani, demonstratur primum eos morum malis, et animi vitiis, quæ mala vel sola vel maxima deputanda sunt, cumulatos procurantibus diis falsis, neendum liberatos fuisse.	47-48
CAPUT PRIMUM. De modo, qui necessitati disputationis ad- hibendus est.	<i>Ibid.</i>
II. De his quæ primo volumine expedita sunt.	<i>Ibid.</i>
III. De assumenda historia, qua ostendatur quæ mala ac- ciderint Romanis, cum deos colerent, antequam religio christiana ob cresceret.	49